

Liber sextus

etiam ad penam et ad plura alia. Secundo est in epilepsia corporis prostratio. Nam epilepsiaz procedit spasimus propter nocumētū opilationis iam dicte. An non est possibile ut dicat Avicenna. quod epilepsia patienti remanet erectio corporis. Sic per peccatum prostrat hominem a rectitudine iusticie: et unum peccatum facit ipsum cadere in aliud: ita ut sit impossibile ipsum cum peccato diu stare quam cadat. Unde Gregorius dicit. quod peccatum quod per penam non diluit: mox suo pondere ad aliud trahit. Tertio epilepsia est tremor et eragitatio: licet fortior et minor fortis secundum quantitatem humoris. Sic per peccatum reddit hominem tremulētum et timidum: Proverbia. x. Paucos visus qui operantur mala. Est enim timida nequitia: sicut dicit Sapientia. xvij. Seneca: Nihil timidum facit animi nisi reprehensibilis vite conscientia. Item peccatum eragitat hominem: quod reddit eum instabilem et inquietum: Threni. j. Peccatum peccavit hierusalem: propterea instabilis facta est. Item peccatum afficit lethargia propter tria. Primum quod morbus lethargia inducit febricitationem. Est enim lethargia sicut dicit Avicenna. apostema phlegmaticum factum intra cranium capitis. Et quod sit ex humore phlegmatico propter quod generatur ex potu: eo quod potus generat humorem phlegmaticum in quo sunt evaporatio et putrefactio. Unde ut plurimum generatur ex comestione ceparum et repletione nimia stomachi et a multitudine potus et a multitudine comestitionis fructuum. Sic et lethargia est apostema ex humore phlegmatico putrefacto. et sicut Avicenna dicit in apostemate facta ex humore putrefacto comestione fit febris: licet sit febris lenta: et ita propter quod in lethargia fit febricitatio. Sed quod est istud apostema in cranium nisi peccatum in anima: Hoc comitatur febris que est innaturalis et intemperata calor: quod comiter sequitur peccatum aliis intemperata et irrationabilis amor. Nam peccator a creatore aversus inordinato amore ad creaturam convertitur: sicut avarus ad pecuniam: superbius ad excellentiam: luxuriosus ad delectationem voluptuosam: ad quem peccator quanto ardentius inhiat: tanto periculosius et fortius febricitat. Secundo quod lethargia causatur dormitationem: sicut per Avicenna dicitur. cum lethargia est in suba cerebri fit subeth fortior et difficultas motuum est maior. Sed aut subeth somni superflui et grauis. unde talis vis potest ad horam excitari. Sic peccatum aliquando ita infligitur cerebro. id est animo ut faciat peccatorem dormire: id est in statu peccati immobilem permanere: et si aliquando molestat. id est aliquando aduersitate angusti-

atus vel artatus ad horam excitet: sicut ut malum statum suum videat et considerat: tunc statim ad solitum somnum. id est immobilitatem suam et negligentiam redit surgere intendens. Unde contra eum clamat Salomō dicens: Alisquid piger dormies. Proverbia. vj. Tertio lethargia causatur oblivionem. Est enim oblivio corruptio memorie: que ut plurimum accidit ex frigidityte. quod quod enim fit ex apostematibus cerebri et propter frigiditatem. unde cum lethargia sit apostema cerebri phlegmaticum: et propter hunc frigiditatem. id est memoriam corruptam et oblivionem inducit: sed quod est frigidum apostema nisi peccati malicia calore charitatis extinguitur: animam frigiditatem et dei oblivionem inducit. Tale lethargia patiebatur ille cui scriptura dicit Deus. xxxij. Deum inquit qui te genuit dereliquisti: et oblivionem domini creatoris tui. Ca. LIII

Peccator assimilat seruo malo. Primum quod malus seruus solet esse ebriosus: et tunc bona domini negligit vel furtim subtrahit. Proverbia. xix. Operari ebriosus non locupletabitur. Est peccator qui vino. id est delectatione carnis vel seculi inebriatur: est negligit spiritus illa que ad honorem domini sunt: vel si non negligit: furat et sibi usurpat: non inde dei gloriam gloriam credo. contra boni serui dicunt. Non nobis domine. non nobis: sed nobis tibi. Psalms. cxxij. Secundo quod servus malus est ociosus: et tempus que laborare debet inutiliter expendit et perdit. unde perterfamilias dixit servus: Mat. xx. Quid habetis tota die statis ociosi? et Ecclesi. xxix. Mitte servum in operationem ne vacet. Sic et debet illum peccator: aut ociosus sit qui totum tempus que in peccato vivit inhiat ad meritum perdit et inutiliter expendit. Tertio quod malus servus de bonis domini sui est perditus et universa consumit: Luc. xvj. Diffamat est villicus qui dissipasset bona domini sui. Tunc autem peccator de bonis dei est perditus: quoniam eis non vivit ad honorem dei et salutem anime sue: sed tamen ad gloriam mundi vel comodum corporis sui. Quarto quod malus servus est piger et somnolentus: negocia domini negligit: Ecclesi. xxxvij. Lum suo pigro tracta de opere. et Mat. xxv. De suo qui abscondit talentum domini sui. Peccator autem somno peccati detinetur: bona que facere posset omnino negligit. Quarta etiam bona temporalia non aliis tribuit: sed sibi soli abscondit. Multi etiam ex pusillanimitate talera. id est gratias sibi traditas seu creditas. id est occasas abscondit.